

scribe. i. memorie tue imprime. qualis est
homo ex dono gratie qui feliciter in domo
no moritur. Et ista memoria ad mortis san-
ctorum imitatione valet. Sed qui vult san-
ctos in morte imitari debet prius eos imi-
tare in vita perfectione. Sed multi sunt qui
dicunt cum balaam **Numeri. xxiij.** Moriat
anima mea morte iustorum et sic novissima
ma hominis ista scilicet tanti mori iustorum no-
lebat. Etiam tantum iustorum novissima no-
peina non media vel ultima. **Primum** ho-
minis etas iuuenilis. **Medium** etas virilis
Ultimum etas senilis. novissimum omnium
mors finalis. **Iste** igitur non appetebat ha-
bere vitam iuvenlem nec virilem nec sen-
ilem sanctorum sed tamen mortem ipsorum. **Cetero**
dicit scribere id est memorie sue imprimere qual-
iter homo futurus sit ex collatione glorie quod bea-
tus et ista memoria valet ad desiderandum
sanctorum societatem. ipsi enim multum desiderat
societatem nostram et ideo nos debemus deside-
rare societatem illorum. **Quod** enim societatem nostram
desiderat significat per illud quod scribitur in
Oachab. i. fratres qui sunt per egyptum id est
per mundum salutem dicunt fratres qui sunt in
hierusalem id est in beata visione divine pacis
et bona pacem hinc sumus orantes pro vobis
Et quibus verbis habet quod beati societatem
nostram multum desiderant ex eo quod affectant
nostram salutem et ex eo quod appetunt nostram
pacem et ex eo quod ad deum fundunt pro nos-
tris devotam orationem.

*Sermones Dan de sanctis
Iordanus*

ccij. **Sermo quintus.**

Sancta ergo et salubris est co-
gratio pro defunctis orare
ut a peccatis solvantur. **ii. Oa-
chabe. ii. rj.** Ad hoc quod suffra-
gia defunctis valeant aliquid
requiritur in faciente et aliquid in recipiente.
In faciente requiritur sanctitas quod notat ibi
sancta. In recipiente requiritur fides per dile-
ctum operis quod notat ibi salubris. **A** Circa
primum sciendum quod sanctitas consistit in virtuti-
bus theologicis precipue licet etiam alie virtutes
concurrant. igitur in faciente suffragia re-
quiritur fides quod sine fide impossibile est pla-
cere deo secundum apostolum ad **Hebr. xi.** **Is** autem
qui ad intercedendum mittitur necesse est ut
placeat alias enim offensus magis provocat.
secundum **Grego.** Item spes nisi enim eos qui ce-
derant resurrecturos speraret in pluvium et
Oachabe. ut supra. **Item** caritas que est
forma operis meritoque et hec dirigit intencio-
nem facientis hinc suffragia. **Que** quidem in-
tencio requiritur ad hoc ut magis proficiat isti

ante quam illi. **Sed** cadit hic questio si san-
ctitas requiritur in faciente ut dictum est nun-
quid ergo frustra sunt suffragia que fiunt per
peccatores. **Ad** quod dicendum quod in suffragiis
que fiunt per malos duo possunt considerari.
Primum ipsum opus operatum sicut sacrificium al-
taris et quod nostra sacramenta ex seipsis effica-
ciam habent absque opere operantis quam equaliter
expleant per quemcumque fiant quantum ad hoc suf-
fragia per malos facta defunctis proficiunt.
Alio modo quantum ad opus operantis et sic disti-
guendum est quod operatio peccatoris suffragia
facientis potest uno modo considerari ut est eius
et sic nullo modo meritoria potest esse nec si-
bi nec alij. **Alio** modo quantum ad alterius per
dupliciter contingit. **Uno** modo in quantum pec-
cator suffragia faciens gerit personam totius ec-
clesie sicut sacerdos facit in ecclesia exequias
mortuorum et quod ille intelligitur facere eius no-
mine vel vice fit ut patet per **Oppositum** in in-
ter celesti **ierarchie.** **Inde** est quod suffragia ta-
lis sacerdotis quous sit peccator defunctis per
sunt. **Alio** modo quando agit ut instrumentum alte-
rius. **Opus** enim instrumenti est magis principis
paulis agentis. **Unde** quous ille qui agit ut in-
strumentum alterius non sit in statu merendi.
actio tamen eius potest esse meritoria ratione
principalis agentis sicut si servus in peccato
existens quodcumque opus misericordie facit ex pre-
cepto domini sui caritatem habentis. **Unde** si alij
quis in caritate decedens precipiat sibi suf-
fragia vel alius precipiat caritatem habens
illa suffragia valent defuncto quous illi per
quos fiunt in peccato existant tamen ma-
gis valent si in caritate essent quia tunc
ex duabus partibus opera illa meritoria essent.
C **Secundo** in recipiente scilicet pro quo
fiunt suffragia requiritur fides per dilectionem
operans secundum **Aug.** quod scilicet in caritate di-
scernerent. **Item** requiritur indigentia scilicet
ut indigeat suffragiis. hoc notat in eo quod
dicitur salubris. **Quod** enim aliquod remedi-
um sit salubre oportet recipientem esse dispo-
situm puta ut sit susceptivum sanitatis. **Opor-**
tet enim existere morbum aliter frustra da-
retur remedium. **Ac** ratione primi suffragia non
proficiunt damnatis nec pueris in limbo. **Ha-**
cione secundi non proficiunt iam beatis. **Proficiunt**
autem solum exiitibus in purgatorio et etiam
ipsis facientibus. **Ad** **Est** autem sciendum
quod quidam sunt valde boni quidam valde ma-
li. et quidam mediocres scilicet non valde
boni nec valde mali de quibus sic dicit **Aug.**
Cum sacrificia sine altaris sine quacumque ele-
molina vel orationum per baptismatis omnibus
offeruntur. per valde bonis gratiarum actiones
sunt. per non valde malis precipiationes sunt.